

Extractum ex libro terrestri Plocensi
 venditionis domus Byetramowsky, domino
 Erasmo episcopo Plocensi per dominum An-
 dream Ossniczkij

261

In terminis communibus terrestribus in Ploczko
 feria secunda in vigilia sanctorum Fabiani et Se-
 bestiani martyrum. Anno Domini millesimo quin-
 gentesimo duodecimo. Constitutus in presentia iudicij
 nobilis Andreas de Ossnyca, ipsius voluntate sponta-
 nea, publice et expresse, nullo seductus deo, sed ma-
 tura deliberatione prehabita recognovit: Quia reverendis-
 simo in Christo patri et domino domino Erasmo Dei
 gratia episcopo Plocensi, domum cum area quam ha-
 buit à pueris olim nobilis Bertrandi de Borzewo, iux-
 ta ius suum, iacentem inter domum olim Grad pala-
 line de Irzensko, et arcam nobilium Grabia et Bur-
 nak de Nagorkij in civitate Plocensi, longè, latè, sicut
 se extendit, et quemadmodum eandem solus tenuit,
 iuata ius radicale et resignationem suam, pro viginti
 sexagenis grossorum in medijs grossis, quas prefat-
 us Ossnyczky à domino episcopo, per manus eius
 gestoris ac procuratoris, manualiter cepit et levavit,
 de quibus eundem dominum episcopum, per presentes qui-
 tat, vendidit, et titulo perpetuae resignationis inscripsit,
 ius suum transfundendo in dominum episcopum

